ſario cōgreſſionē· Vñ d[t]· caſſꝫ· ij· li[o] eplaꝝ
Terribilis eſt hominibus conflictus ſi non
ſit aſſiduus et niſi vſu acquirat[r] concertādi
fiducia non habetur· Nam quod in iuuen=
tute non diſcit[r] in ſenectute non habetur·
Judicū· iij· Quo dominus gentes dereliqt
·i· non deleuit vt erudiret in eis hierl'm·
Quia p eorum impugnatōnem continuam
populus iſrahel magis fuit exercitatus ad
bellandum ·:· D ·:· Tercium qd facit militē
ſtrēnuum eſt copia armature conueniē n=
tis · Hanc autem armaturā ſex virtutib9 o=
ptet integrari vt dicit Apl9· Ephesꝫ· vi·
Prima eſt continentia que lumbos· id ē
concupiſcentias carnalis et mentis con=
ſtringit/ vt dicit Gregorius· Lumbos enim
precingim9 cū carniſ luxuriam per ɔtinenti
am coartam9 Secunda eſt iuſticia quā
appellat · Apoſtolus loricam· Quia ſicut lo
rica totum corpus protegit · ita iuſticia om
nes actus virtutum dirigit docens homi=
nem viuere ſobrie quo ad ſeipſum pie et d
uote quo ad deum / iuſte quo ad proximum
Tercia eſt fides certa diuini auxilij· quā
appellat ſcutum fidei quia reprimit et ex=
tingwit igneas temtationes et feruidas
inimici · Hoc autem ſcutum in ſiniſtro late
re portamus qui ſolum in preſenti vita cō
tra vicia decertamus Quarta eſt ſpes
firma eterni premij· quam appellat galeā
ſalutis quia mentem et caput anime mu=
nit et roborat contra tribulationes preſē=
tis vite · Vnde dicit · Gregorius · q conſi=
deratio eterni premij· minuit vim flagelli
Quinta eſt caritas· que pedes id eſt af=
fectus anime ornat· munit et roborat faci
ens ipſam fortiter ſtare/ et viriliter curre=
re in via mandatorum tuorum ſ· dei cucur
ri· In pſalmo Sexta eſt ſapientia diuini
verbi quam appellat gladium ſpirit9 quia
ſuo acumine pertingit ad diuiſionem ani=
me et ſpiritus mentem ſcindens et emice=
longans et diuidens a deſiderijs carnalibꝫ
a mundi vanitatibus et a dyabolicis inſti
ctibus · Et quicūque talibus armis virtutū
munitus fuerit faciliter cum beato georio
contra omnes hoſtes et quelibet vicia tri=
umphare Circa terciū eſt ſciendum · q
ille eſt fidelis miles chriſti· qui certat pro
honore et amore ipſius chriſti/ Vnde talis
legittime certat / Jdeo coronam victorie
reportat/ · prima · Thimothei ſecundo·
Nō coronabitur niſi q legittime certauerit
· E · Sciendum autem q legittimum cer
tamen tria requirit Primum eſt vt ho=
mo non ſolum a malis et noxijs · ſed etiam
ab hijs que habent ſpeciem mali diligenter

abſtineat · Jdeo ſcribitur · Teſſaloñ· quito
Ab omni ſpecie mala abſtinete vos/ Et ad
hanc obſeruantiam omnes fideles tenen
tur · teſte · Auguſtino in libro de doctrina
chriſtiana · qui dicit / Jlle verus chriſtian9
eſt/ qui omnibus miſericordiam facit qui
nulla mouetur iniuria / qui alienum dolorē
tamquam proprium ſentit / qui terrena cō
temnit vt poſſit habere celeſtia / qui ſub=
uenit miſeris / qui ad fletum prouocat[r] fle
tibus alienis / vt poſſit dicere cum apoſto
lo· Quis infirmatur et ego non infirmor
Secundum q in tali conatu et diligentia
vſq3 ad mortem perſeuer3/ Eccleſiaſti· iiij·
vſq3 ad mortem certa pro iuſticia Et bene
dicit vſque ad mortem · Quia vt dicit Gre=
gorius in moralibus · Jn caſſum bonū agi=
tur ſi ante vite terminum deferat[r] Nam
fruſtra velociter currit qui priuſquam ad
metum veniat deficiat · Jdeo dicit Bern
ardus · Abſque perſeuerantia nec qui pu=
gnat victoriam nec palmam victor conſe=
quitur · Tolle perſeuerentiam nec obſequi
um mercedem habet nec beneficium grati
am nec fortitudo laudem · Sola enim eſt
qui eternitati hominem reddit dicente do
mino · Qui perſeuerauerit vſque in finem
⁊ cetera Tercium eſt vt in certamine
non ſuum ſed domini honorem intendat/
Ad quod hortatur Apoſtolus prima Corin
theorum decimo· Omnia quecumque faci=
tis in verbo et in opere omnia in nomine
domini noſtri hieſu chriſti · i· ad honorem
et gloriam ipſius facite· Vnde dicit Grego
rius viceſimoſeptimo moralium Omnia cu
ra ſeruandus eſt a malicie puluere oculus
cordis ne hoc quod in actione foris homi=
nibus rectum oſtenditur intus per elatiōis
vel proprie complacentie vicium inquine=
tur· Et hoc bene ſeruauit ioab qui dixit ad
dauid cum triumphaſſet de abſolō ſecūdo
Regum · Congrega reliquam partem po=
puli· Et infra ne nomini meo aſcribatur vi
ctoria · Et iſta tria beatus georius elegan
ter ſeruauit · nam virtuoſe et ſancte viuēs
Primo ab omni ſpecie mali ſe totaliter co
hibuit Secundo quia pro fide=
vſque ad mortem fortiter dimicauit
Tercio quia dei honorem in omnibus ob=
ſeruauit / Jdeo a domino meruit audire
illud euangelicum · Euge ſerue bone et fi=
delis quia in pauca fuiſti fidelis ſupra mul
ta te conſtituam · Jntra in gaudium domi
ni tui · Cuius gaudij nos participes ⁊c·

De ſancto marco euangeliſta
lxxix· Sermo primus


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt